



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Indeuotio oritur ex tribus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

INSTITV TIO. 132

nes, et dēmones. Vnde Iob. Habitent Iob. 18.  
in tabernaculo eius socij eius. Vnde  
inobedientes attinent diabolo, Sicut  
obedientes Deo. Vnde Matth. Qui-  
cunq; fecerit uoluntatem patris mei,  
qui in cœlis est, ipse meus frater, so-  
ror, & mater est. Sic etiam potest di-  
cere diabolus. Tertio, quia homini  
multum nocet. Duo enim mala fa-  
cit homini. Primum est, quia eius  
oratio non exauditur. Vnde Pater Au-  
gustinus. Qui à præceptis dei auer-  
titur; quod in oratione postulat non  
meretur. Proui. Qui declinat animam  
suam, ne audiat legem, oratio eius exe-  
crabilis erit. Secundum est, quia ma-  
ledictiones Dei incurrit. Psal. Ma-  
ledicti, qui declinant a mandatis tu-  
is, &c.

*Indeuotio oritur ex tribus.*

Primo, est indeuotio quædam  
parriditas spiritualis. Psal. Anima  
in ea sicut terra sine aqua tibi.  
Et Num. 11. Anima nostra arida est,  
nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi  
manna. Prouenit autem ista ariditas  
ex tribus; Primo ex superbia, qua-  
mons appellatur. Vnde 2. Reg. 1. Mon-  
tes gelboe neque ros, neque pluuiia  
2. Re. 1.

Mat. 12

Augus.

Pro. 28

Psal. 148.

2. Re. 1.

CHRISTIANA

Bern. ueniat super uos, &c . Vnde Bernard.  
Superbia inuenta est in me , & Deus  
declinauit seruo suo in ira ; non com-  
pungor ad lacrymas , psalmos legere  
non libet , non orare delectat , medi-  
tationes solitas non inuenio , ad opus  
manuum piger , ad uigilias somnolen-  
tus , ad iram præcepis , ad odium per-  
tinax , linguæ & gulæ indulgentior , se-  
gnior , obtusiorque ad prædicationem  
cum omnes montes in circuitu meo  
Dominus uisitat ; ad me autem non ap-  
propinquat . Secundo ex defectu cibis

spiritualis . Psal . Aruit cor meū , qua  
oblitus sum comedere panem meum .  
Tertio ex accidia . Cum ceteræ crea-  
turæ ex ocio impinguentur , ex labo-  
re attenuantur . anima uero humana  
è contrario , ex labore impinguatur ,

Pro. 13. & ex ocio , & deliciis attenuatur . Pro.  
13. Anima autem laborantium impin-  
guabitur ? Quod ideo fit quia bona  
opera , cibus sunt eorum qui faciunt  
ea . Homines uero , qui patiuntur istam  
ariditatem , duri sunt frequenter al-  
ea quæ sunt obedientiæ . Dura enim  
facilius franguntur quam flectantur .  
nil spiritualis pinguedinis amittunt ,  
quia non gaudent , nec gratias agunt ,  
sed statim ardent , & exurunt , & que-  
aliis facilia sunt , uel iucunda , eis illi-  
dentur importabilia ,